

**A** terra dixerit, certū est, quia visum de terra querūt. Secus firmamentū autē celi quomodo, cum aquilæ vltra cæteras aues volent, & tamen ipsæ nō secus firmamentū cæli? Sed quia Græce οὐρανός dicitur quod latine cælū appellamus: οὐρανός autē αἶθρ' τοῦ οὐρανοῦ, id est a videndo, ideo quod aer perspicuus sit, & ad videndū purior, in aere volitantia genera dixit animantū. Et ne moueat quod ait, Secus firmamentū cæli: nō proprie firmamentum hic posuit, sed abusive, eo quod cōparatione ætherei illius corporis etiā iste aer quem possumus oculis cōprehendere, quasi crassior & densior vicem habeat firmamenti. Nunc quia diximus quæ volatilia quā naturā habeant & gratiā, & ea pauca de multis: neq; em̄ vacat vniuersa describere, cū sint similia, atq; eiusdem generis: tamen aues ipsæ quā inter se diuersitate habeāt, consideremus. Inueniemus enim cornicis pedes velut quibusdā digitis distantib; separatos atq; diuisos, Coruonū quoq; atq; pullorū aliter etiam formatos a natura pedes, Anium quæ carne vescitur, quasi in curuos atq; sinuatos, velut ad prædam paratos. Ea vero quæ natiua di habent vsum & consuetudinē, latos habent pedes, & membrana quadā illos digitos pedum sibi copulatos atq; coniunctos. In quo admirabilis patet ratio nature, vt &

**B** illa ad volandum vel ad rapidum cibum vsu ac cōmodo fulciantur, & ista ad natandum adiumenta habeant competentia, quo melius aquis possint supernatare, & quasi remis quibusdā, ita pedibus suis membranæ illius extensione latioribus aquarum fluentia propulsent. Cygnus quoq; est procerior collo vtatur, in promptu est, vt quia est paululum segnior corpore, nec facile potest aquarum inferiora penetrare, cervicem extēdat ad prædam, quæ quasi præuia reliqui corporis est eam quā inuenit, rapiat atq; eruat de profundo. Adde & illud, quia suauior & magis canorus per proceram modulū colla distinguitur, & longiore exercitatio purior longe resultat. Quidam etiā in exiguo cicadis gutture cantilena, quarū cantibus medio æstu arbuta rumpuntur, eo quod magis canoræ meridianis calorib; quo purior ærem id tēporis attrahunt spiritu, eo cantus resonant dariores. Nec apes ipsæ in sua que quadā canūt. Habent em̄ gratiā in rauco illo vocis suæ murmurē suauitatē, quā nos fracto tubarū sonitu lentius primū videmur imitari, quo crepitu ad excitandos animos in vigorem nihil aptius æstimatur. Et hæc illis gratia manet, cū pulmōnem respirandi munus atq; vsum nequaquā habere prodantur, sed acro velsi spiramine. Deniq; si quis eas superfundat oleo, prope necātur, eo quod obstructis poris aerium spiramē illud haurire nō possint, cōtinuoq;

**C** si quis acetū his superfundat, illico reuiscit, eo quod vis aceti cito illos poros qui concretionē olei obstruuntur, humore feratur aperire.

De imitatione vermis indici Chamæleontis, leporum, atq; Phœnicis, vt illorum exemplis ad cōmutationis fidem quæ in resurrectione futura est, prouocemur. Vnde etiā vultures habeāt vt quibusdā signis mortē hominū annūciēt. Quod deniq; vsq; ad locustā diuinā gratia penetrauerit. Caput XXIII.

**I**tem quia de volatilibus dicimus, nō putamus alienum ea complexū quæ de verme indico tradit historia, vel eorum relatio qui videre potuerunt. Fertur hic corniger vermis cōuertere primū in speciem caulis, atq; in eam mutari naturam, inde processu quodā fieri babilus: nec eam tamen formā figurāq; custodit, sed laxis & latoribus foliis videtur pennas assumere. Ex his foliis mollia illa Seres depeccunt vellera, quæ ad vsus sibi pprios diuites vendicant. Vnde & dominus ait: Quid existis in deserto videre? hominē mollibus vestimētis indutū? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regū sunt. Chamæ-

De cygno

Mat. 11.

leon quoq; diuersas species fertur vario colore mentiri. **D** Lepores certe, quod de pximo facile cognouimus, heme albescere, estate in suum colorē redire non dubium est. Hæc ideo libauī, vt ad cōmutationis fidem quæ in resurrectione futura est, etiā ista exēpla nos prouocent, sed ita, vt cōmutationē illam dicamus quā Apostolus euidenter expressit dicens: Omnes quidem resurgemus, **1. Cor. 15.** nō omnes autē immutabimur. Et infra ait: Et mortui resurgent incorrupti, & nos imutabimur. Oportet em̄ corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalitatē. Pleriq; enim cōmutationis genus & formas quas nō acceperant interpretati, nequaquā præsumptionis indebitæ incōgrua usurpatione caruerunt. Phœnix quoq; auis in locis Arabiæ perhibetur degere, atq; ea vsq; ad annos quingētos longa ætate pcedere. Quæ cū sibi finē vitæ adesse aduertit, facit sibi thecam de thure & myrrha & cæteris odoribus, in quā impleto vitæ suæ tēpore intrat, & moritur. De cuius humore carnis vermis exurgit, paulatimq; adolefcit, ac processu statuti tēporis induit alarum remigia, atq; in superioris auis speciem formāq; reparatur. Docet igitur nos hæc auis vel exemplo sui resurrectionē credere, quæ & sine exēplo, & sine rationis perceptione ipsa sibi insignia resurrectionis instaurat. Et vtiq; aues propter hominem sunt, nō homo propter aues. Sit igitur exēplo nobis, quia autor & creator animum sanctos suos in perpetuū perire nō patitur, qui autem vnicam perire non passus, resurgenti eam sui semine voluit reparari. Quis igitur huic annūciat diem mortis, vt faciat sibi thecam, & impleat eam bonis odoribus, atq; ingrediat in eā, & moriatur illic vbi odoribus gratis sceter fueris possit aboleri? Fac & tu o homo tibi theca: exopolians veterem hominē cum actibus suis, nouum indue. Theca tua, vagina tua Christus est, qui te protegat & abscondat in die malo. Vis scire quia theca ptecho est? Pharetra, inquit, mea protexi eum. Theca ergo tua est fides: imple eam bonis virtutū tuarū odoribus, hoc est, castitatis, misericordiæ, atq; iustitiæ, & in ipsa penetralia fidei suauī factorū prestantiū odore redolēta totū ingrederetia te amictū fide exitus vitæ huius inueniat, vt post sint ossa tua pinguedine, & sint sicut ortus ebrius, cuius cito semina suscitātur. Cognosce ergo diē mortis tuæ, sicut cognouit & Paulus, qui ait: Certamen bonum certavi, cursum consummaui, fidem seruauī, reposita est mihi corona iustitiæ. Intrauit igitur in thecam suam quasi bonus Phœnix, quam bono repleuit odore martyrii. Interrogabo te: tu autem responde mihi vnde vultures mortem hominum signis quibusdam annūciare consueuerint: quo indicio edocti atque m-

De Phœnice.

**E**

2. Tim. 4.

**F**

Locusta.

struelli sint, vt cum bellum lachrymabile inter se aduersæ acies instruant, multo prædictæ volucres sequantur agmine, & eo significant quia multitudo hominū casura sit bello futura præda vulturibus? Quod vtiq; ex specie instructionis humanæ quadam videntur ratione colligere. Vsq; ad locustam quoq; gratia diuina penetrauit, quæ cum agmine conferto regionis cuiusc occupauerit latitudinem, innoxio primū fertur habitaculo, nec fractus inhospitali incurfione depascitur, nisi diuinæ signum præceptionis acceperit. Etenim sicut in Exodo legimus, ea quoq; cælestis vltionem offensiois exequitur, piæ sinistra vindictæ. Hanc quoq; auis deuorat Seleucis: sic em̄ græco auis hæc nūcupatur nomine, data ad remedium malorum quæ locusta consuevit inferre, cui creator inexplabilem dedit deuorandi naturam, vt insatiabili pastu plagam quā supra diximus possit extinguere.

De natura & proprietatibus animum noscitur, videlicet lusciniæ, noctuæ, vespertilionis, & galli, quarum vsu & exemplis admonemur & instrumur.

Caput XXXIII.